



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Ad Leonem X. Pontificem Maximvm**

**[Straßburg], 1519**

**VD16 L 3409**

Corollarivm Primvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34717**

## DE P O E N I T E N T I A:

Aug. cum Apostolo dicit, Per legem cognitio peccati, ut gratia donetur & impetretur. Accipe simile, Gentiles olim idola sua rogabant, & siebat quod petebatur. Et avarus confidit in diuitias suas, & sit sicut uult, quantomagis ille uerus & bonus deus non sinit se frustra rogari & in se confidi.

### C O R O L L A R I V M P R I M U M.

Contritio uera non est ex nobis, sed ex gratia dei, ideo de sperandū de nobis, & ad misericordiam eius confugiendū.

### C O R O L L A R I V M S E C U N D U M.

Contritio incipit in pœnitente, sed non cessat per totā uitam usq; ad mortem, & non (ut multi putant) durat per horā confessionis duntaxat. Ecce sic habes, quō intelligas quod illi dicunt, oportere pœnitere in charitate, & cum bono proposito, quantū deus auxiliū gratiæ dederit. Nullus debet sacerdoti respondere se esse contritū, nec sacerdos requirere, nisi quod potest dicere, Nescio an sim contritus, Rogo tamen dominū atq; confido me sua gratia contritum, & quanto magis conterendum. Hæc de prima parte.

SECUNDA pars est cōfessio sacramentalis, & hic duo sunt notanda. Primum, ut nullo modo præsumas confiteri peccata uenialia, sed nec omnia mortalia, quia impossibile est, ut omnia mortalia cognoscas. Ad impossibile autem nemo obligatur. Vnde in primitiua ecclesia solum manifesta mortalia cofitebantur, ut patet prima Corinth. v. c. Si quis inter uos est fornicator aut avarus, aut idololatra, aut maledicuſ, aut ebriosus, aut rapax, cum huiuscmodi nec cibum sumere, & illud Gal. v. cap. Manifesta sunt opera carnis &c. Unde multi confitent, in quinq; sensibus, septem donis, septem sacramentis, octo beatitudinibus, & alijs multis distinctionibus peccatorū, uelut id curantes, ut nullū peccatum non confiteantur, cum tamen inter ea quandoq; nullum uel uix ueniale sit peccatum, & fatigant frustra sacerdotem, perduntq; tempus, ac alijs sunt impedimento. Ideo duplici sis confiten-

S ij